iuda i bethsames oppido iude: p̄-
cussusq̄ ē iuda corā isrl̄ et fugerūt
vn⁹ quisq̄ i tabnacula sua. **A**ma-
siaz vero regē iuda filiū ioas filij
ochozie cepit ioas rex isrl̄ i beth-
sames et adduxit eū in iherl̄. **E**t in-
terrupit muū iherl̄ a porta ephē-
im vsq̄ ad portaz anguli: q̄ drin-
gētis cubitis. **T**ulitq̄ oē aurū et
argētū et vniūsa vasa q̄ inuenta
sūt i domo dñi et i thesauris regis

et obfides et reūsus ē in samariaz.
Reliqua aut̄ v̄boz ioas q̄ fecit et
fortitudo ei⁹ q̄ pugnit cōtra ama-
siam regē iuda: nōne hęc scripta
sūt i libro smonū diez regū isrl̄.
Dormiuitq̄ ioas cū p̄ib⁹ suis et
sepult⁹ ē i samaria cū regib⁹ isrl̄
et reguit iheroboā fili⁹ ei⁹ pro eo.
Vixit aut̄ amasias fili⁹ ioas rex
iuda postq̄ mortu⁹ ē ioas fili⁹ io-
achā regis isrl̄ viginti q̄q̄ ānis.
Reliq̄ aut̄ smonū amasie: nōne
hęc scripta sūt i libro smonū diez
regū iuda. **F**actaq̄ ē cōtra eū cōin-
ratio i iherl̄. at ille fugit i lachis.
Miserūtq̄ post eū in lachis et in-
fecerūt eū ibi et asportauerūt i eq̄s
sepultusq̄ ē in iherl̄ cū p̄ib⁹ suis
in citate dauid. **T**ulit aut̄ vniū⁹
p̄plus inde azariā ānos natū sede-
cim et cōstituerūt eū regē p̄ p̄e ei⁹
amasias. **I**pse edificauit abilā et re-
stituit eā inde postq̄ dormiuit rex
cū p̄ib⁹ suis. **A**nno q̄nto decimo
amasie filij ioas regis iuda reguit
iheroboā fili⁹ ioas regis isrl̄ in sa-
maria q̄ dragita et vno āno et fe-
cit qd̄ malū ē corā dñō. **N**ō cessit
ab omnib⁹ peccatis iheroboā filij
nabath q̄ peccare fecit isrl̄. **I**pse re-
stituit fminos israhel ab introitu
emath vsq̄ ad mare solitudinis
iuxta sermonē dñi dei isrl̄ quē lo-
cutus ē p̄ seruū suū ionam filiū a-
mathi p̄phetā q̄ erat de geth q̄ ē
in opher. **V**idit em̄ dñs afflictio-
nē israhel amarā nimis et q̄ cōfū-
pti essent vsq̄ ad clausos carce-
ris et extremos et nō esset q̄ auxili-
aret israhel. **N**ec locut⁹ ē dñs vt
deleret nomē israhel de sub celo. s̄
saluauit eos i manu iheroboā filij.

ioas. Reliqua autē s̄monū ihero
boam a vniuersa que fecit a forti
tudo ei⁹ qua p̄liatus est a quo re
stituit damascū a emath inde in
isrl: nōne hec scripta sūt i libro ser
monū diez regū isrl. **D**ormiuitq;
iherobaz cū p̄ib⁹ suis regib⁹ isrl
a regnauit zacharias fili⁹ ei⁹ p eo.

Anno viceſimo se **Ca. xv.**
ptimo iherobaz regis isrl re
gnauit azarias fili⁹ amasie regis
iuda. **S**edecim annorū eāt cum re
gnare cepiss⁹ a q̄inquaginta duo
b⁹ āmis regnauit in iherl. **R**omē
m̄is eius ierelia de iherl. **F**ecitq;
qđ erat placitū corā dño iux̄ oīa
que fecit amasias p̄i eius. verūta
men excelsa non ē demolitus. **A**d
huc ppl̄s sacrificabat a adolebat
icēfū i excelsis. **P**ercussit at̄ dñs
regē a fuit leprosus vsq; i diē mor
tis sue a h̄itabat i domo litera se
orū. **I**oathā vero fili⁹ regis gub
nabat palatiū a iudicabat ppl̄m
terre. **R**eliq̄ aut̄ sermonū azarie a
vniūsa que fecit: nōne hec scripta
sūt i libro verborū diez regū iuda.
Et dormiuit azarias cū p̄ib⁹ suis
sepelierūtq; eū cū maiorib⁹ suis i
citāte dauid a regnauit ioathan
fili⁹ ei⁹ p eo. **A**nno tricesimo octa
uo azarie regis iude regnauit za
charias fili⁹ iherobaz sup isrl in
samarīa sex mētib⁹ a fecit qđ ma
lū ē corā dño sicut fecerāt p̄ies ei⁹
Non recessit a peccatis iherobam
fili⁹ nabath qui peccare fecit isrl.
Cōiurauit autē oītra eum sellū fi
lius iates p̄cussitq; eum palam a
interfecit. regnauitq; p eo. **R**eliq̄
autem verborum zacharie: nōne
hec scripta sunt in libro sermonū

diez regū israhel. **N**te est sermo
domini que locutus est ad iehu
dicens. **F**ili⁹ tui vsq; ad quartaz
generationem sedebunt de te sup
thronum israhel. **F**actūq; est ita.
Sellum filius iates regnauit tri
cesimonono anno azarie regis
iude. **R**egnauit autem vno men
se in samaria. **E**t ascendit mana
hen fili⁹ gad di de therfa. venitq;
samarīa a p̄cussit sellū filiū iates
i samaria et īfecit eū. regnauitq;
p eo. **R**eliqua autē verborū sellū
a oīuratio ei⁹ per quam tetendit
īfidiā: nōne hec scripta sunt in
libro sermonū diez regū israhel.
Tunc p̄cussit manahē thapsā et
omnes q̄ erant in ea a terminos
ei⁹ de therfa. **N**oluerāt em̄ apire
ei. **E**t interfecit oēs p̄gnantes ei⁹
a scidit eas. **A**nno tricesimonono
azarie regis iude regnauit mana
hen fili⁹ gad di sup isrl decē āmis
i samaria. fecitq; qđ erat malū co
rā dño. **N**ō recessit a p̄dis iherobo
am fili⁹ nabath q̄ peccare fecit is
rahel cūdis dieb⁹ ei⁹. **V**eniebat
phul rex assyriorum i therfa a da
bat manahē phul mille talēta ar
gēti ut ess⁹ ei i auxiliū a firmaret
regnū ei⁹. **I**ndixitq; manahē argē
tū sup isrl cūdis potentib⁹ a diui
tib⁹ ut daret regi assyriorū q̄nqua
gita fidos argēti p singulos. **R**e
uſusq; ē rex assyriorū a nō ē mora
tus i therfa. **R**eliq̄ at̄ s̄monū ma
nahē a vniūsa q̄ fecit: nōne hec scri
pta sūt i libro s̄monū diez regū
isrl. **E**t dormiuit manahē cū p̄ib⁹
suis. regnauitq; phaccia fili⁹ eius
p eo. **A**nno q̄nquagesimo azarie
regis iude reguit phaccia filius

manaken sup isrl in samaria bi
ennio a fecit qd erat malū corāz
dño. Nō recessit a peccis iherobaz
fili nabath q peccare fecit israhel
Cōiurauit at adūsus eū phacee
filius romelie dux ei⁹ a pūssit eū
i samaria in turre dom⁹ regie iux
ta argob a iuxta ariph a cū eo qn
quagita viros de filiis galaaditi
tar a infecit eū: regūitqz pro eo.
Reliq aut fmonū phacee et vni
uersa q fecit: nōne hec scripta sūt
i libro sermonū diez regū israhel
Anno qnquagesimo scdo azarie
regis inde regnauit phacee filius
romelie sup isrl i samaria viginti
ānis a fecit quod erat malū corā
dño. Nō recessit a peccatis iherobo
am filij nabath q peccatē fecit isrl
In dieb⁹ phacee regis isrl venit
theglat phalassar rex assur et ce
pit ahion et abel domū maacha
a ianoē a cedēs a asor et galaad
a galilea a vniuersā terrā nepta
līm a transtulit eos i assirios Cō
iurauit aut a tēdit ifidias osee
fili⁹ hela ostra phacee filijz rome
lie a pūssit eū a infecit: regūitqz
p eo vicefimo āno ioathan filij
ozie. Reliq aut sermonū phacee
a vniuersa q fecit: nōne hec scripta
sūt in libro sermonū diez regum
isrl. Anno secūdo phacee filij ro
melie regis isrl: regūit ioathan
fili⁹ ozie regis iuda. Viginti qz
annozū erat cū regnare cepissz et
sedecim ānis regūit in iherlīm. No
men mris ei⁹ iherusa: filia zadoch
Fecitqz qd erat placitū corā dño
Iuxta omia q fecit ozias pē suus
opatus ē. verū tamen excelsa non
abstulit. Adhuc ppl⁹ ymolabat

a adolebat incēfū in excelsis. Ipse
edificauit portā dom⁹ dñi sblimis
simā. Reliq at fmonū ioathan
a vniuersa que fecit: nōne hec scri
pta sūt i libro vboz diez regū iu
da. In dieb⁹ illis cepit dñs mitte
re in iudā rasin regē syrie et pha
cee filiū romelie. Et dormiuit ioa
than cū pūib⁹ suis sepultusqz est
cū eis in citate dauid patris sui a
regnauit achaz fili⁹ eius pro eo
Anno decimo **Ca. xvi.**
Septio phacee filij romelie
regnauit acham fili⁹ ioathan re
gis iuda. Viginti annoz eāt ach
am cū regē cepisset et sedecim ānis
regnauit in iherlīm. Nō fecit quod
erat placitū in conspectu dñi dei
sui sicut dauid pater ei⁹. s abula
uit in via regū isrl. In sup a filijz
suū cōsecrauit trāsferēs p ignem
scdm ydola gentiūz q dissipauit
dñs corā filiis isrl. Imolabatqz
victimas et adolebat incēfū i ex
celsis a in collib⁹ a sbl omni ligno
frōdoso. Tūc ascēdit rasin rex sy
rie a phacee fili⁹ romelie rex isrl
ad plīandū in iherlīm. Cūqz obfi
derēt achaz: nō valuerūt supare
eū. In tpe illo restituit rasin rex
syrie haylaz syrie a eiecit iudeos
de hayla. Et ydumei et syri vene
rūt i haylā et hitauerūt ibi vsqz i
diem hāc. Misit aut achā nūtiōs
ad teglat phalassar regē assirio
rū dicēs Seruus tu⁹ a filius tuus
ego sū. Ascēde a saluum me fac de
manu regis syrie a de maū regis
isrl q cōfurrexerūt adūfū me Et cū
collegisset argētū et aurū qd iue
niri potuit in domo dñi a i thesau
ris regis: misit regi assirioz muncā

qui et acq̄euit voluntati ei⁹. **A**scen-
dit aut rex assyrioz in damascuz
et vastauit eā et transtulit habita-
tores ei⁹ cyrenē. rasin aut interfe-
cit. **P**erteritq; rex achā in occur-
suz reglat phalassar regi assyrio
rū in damascū. **C**ūq; vidiss; altaē
damasci: misit rex achā ad vrias
sacerdotē exemplar ei⁹ et similitu-
dinez iuxta om̄e op⁹ ei⁹. **E**xtruxit
q; vrias sacdos altare. **I**uxta oīa
que p̄cepat rex achā de damasco
ita fecit sacerdos vrias donec veni-
ret rex achā de damasco. **C**ūq;
veniss; rex de damasco vidit alta-
re et ueniat⁹ ē illd. ascēditq; et ymo-
lauit holocausta et sacrificiū suū et
libauit libamia et fudit sāguinez
pacificoz q̄ obtulerat sup altaē.
porro altaē ereū qd̄ eāt corā dño
tūstulit de fatie tēpli et de loco alta-
ris et de loco tēpli dñi. posuitq; illd
ex latere altaris ad aqlonez. **P**re-
cepitq; rex achā vrie sacerdoti di-
cens. **S**up altaē maius offer ho-
locaustū matutinū et sacrificiū ves-
ptinū et holocaustū regis et sacrifi-
ciū ei⁹ et holocaustū vniuersi ppli
terre et sacrificia eoz et libamina
eoz et oēm sanguinez holocausti
et vniuersū sanguinē victime sup
illud effundes. **A**ltāē vero ereū eie
paratū ad voluntatē meā. **F**ec̄ igit
vrias sacerdos iuxta oīa que p̄ce-
pat rex achā. **T**ulit aut rex achā
celatas bases et luterē qui erat de
sup et mare deposuit de tob⁹ ereis
q̄ sustentabant illud et posuit sup
pauimētū stratū lapide. **M**usach
q; sabbati qd̄ edificauerat i tem-
plo et ingressum regis exterius cō-
uertit in tēplū dñi p̄p̄e regē assyri

diū. Reliqua aut verborū achā et
oīa que fecit: nōne hec scripta sūt
i libro sermonū diez regū iuda.
Dormiuitq; achā cū p̄ib⁹ suis et
sepultus ē cū eis i ciuitate dauid
et regnauit ezechias fili⁹ ei⁹ p̄ eo.
Anno duodecimo **C**a. xviij.
Achā regis iuda regnauit
osee fili⁹ hela in samaria sup isrl
nouē annis. fecitq; malū corā dō-
mino. s; nō sicut reges isrl qui añ
eū fuerūt. **C**ōtra hūc ascendit sal-
manasar rex assyrioz et fact⁹ ē ei
osee seruus. reddebaturq; illi tribu-
ta. **C**ūq; deprehendiss; rex assyrio
eū osee qd̄ rebellare nitens misisset
nūtiōs ad suā regē egipti ne p̄sta-
ret tributa regi assyrioz sicut sin-
gul̄ ānis solitus erat obsedit eū
et vinctus misit in carcerē. puaga-
tusq; ē oēs terrā et ascendēs sama-
riā obsedit eaz trib⁹ ānis. **A**nno
aut nono osee cepit rex assyrioz
samariā et tūstulit isrl i assyrios
posuitq; eos in babilā et abor iux
fluminē gozā in ciuitatib⁹ medoz.
Factus ē em̄ cū peccassent filij isrl
dño deo suo qd̄ eduxerat eos de ter-
ra egipti de manu pharaōis regis
egipti: coherit deos alienos et am-
bulauerūt iux ritū gentiū q̄s cōsi-
pserat dñs in cōspectu filioz isrl et
regū isrl. q̄a similit̄ fecerāt. **E**t iri-
tauerūt filij isrl verb⁹ nō edis dñm
deū suū et edificauerūt sibi excelsa
in cūdis vrbib⁹ suis a turre custo-
dum vsq; ad ciuitatē munitā. **F**e-
cerūtq; sibi statuas et lucos i oī col-
le sublimi et subē oē lignū nemo-
rosū et adolebāt ibi incensū sup
aras in morem gentiū quas trā-
stulerat dominus a fatie eorum.

Fecerūtq; vba pessima irritantes
 dñm a coluerūt immūditias de q;
 b9 pcepit eis dñs ne facerēt ver
 bū hoc. **E**t testificatus ē dñs i isrl
 a i iuda p manū oim pphetarū
 a vidētū dicēs. **R**edimmi a vñs
 vestris pessimis et custo dite pce
 pta mea et cērimomas iuxta oēz
 legē quā pcepi patrib9 vestris a
 fiat mñi ad vos in maū seruoꝝ
 meoꝝ pphetarū. **Q**ui nō audierūt
 sed indurauerūt cēruicē suā iuxta
 cēruicē patrū suozū q; noluerūt obe
 dire dño dō suo. **E**t abiecerūt legit
 tima eius et pactū qd pepigit cū
 pñibus eoꝝ a testificacōes quib9
 cōtestat9 ē eos: secutiq; sūt vani
 tates a vane egerūt a secuti sunt
 gētes que erāt p circuitū eoꝝ sup
 quib9 pcepat dñs eis vt nō face
 rēt sicut a ille fatiebāt. **E**t dereliq;
 runt omīa pcepta dñi dei sui: fece
 rūtq; sibi vtilitales duos vitulos a
 lucos a adorauerūt vniuersaz mū
 ditā celi. **S**eruiērūtq; baal a con
 secrauerūt filios suos et filias su
 as pignē. **E**t diuina cōmī seruie
 bāt a augurijs a tradiderūt se vt
 facerēt malū corā dño a irritarēt
 eū. **T**ratuq; ē dñs vehementē ista
 heli a abstulit eos a spcū suo a
 nō remāsit nisi trib9 i iuda tñmō
S; nec ipse iuda custo diuit man
 data dñi dei sui. **V**erūtāmē ambu
 lauit i errorib9 isrl quos opat9
 fuerat. **P**roiecitq; dñs omē semē
 isrl a afflixit eos a tradidit eos
 in maū diripientiū: donec picēt
 eos a fatie sua. **E**x eo iā tpe q; scis
 sus ē isrl a domo dauid a cōstitu
 erūt sibi regē iherobam filiū na
 bath. **S**eparauit em iherobam

isrl a dño a peccare eos fecit pec
 catū magnū. **E**t ambulauerūt filij
 isrl in vniūsis peccatis iherobaz
 q; fecerat a nō recesserūt ab eis vsq;
 quo dñs auferret isrl a fatie sua
 sicut locut9 fuerat in maū oim ser
 uozū suozū pphetarū. **T**ranslatuq;
 ē isrl de terra sua i assirios vsq; i
 diē hāc. **A**dduxit aut rex assirio
 rē de babilōe a de chuta a de aha
 iath a de emath a de sefaruaim a
 collocauit eos in citatib9 samarie
 p filijs isrl. **Q**ui possederūt samari
 am a habitauerūt in vrbib9 eius
Cūq; ibi habitare cepissent nō ti
 mebāt dñm a immisit eis dñs le
 ones q; infestiebāt eos. **N**ūciatū
 q; ē regi assirioꝝ a dictū **G**entes
 q; trāstulisti a hitare fecisti i ciui
 tatib9 samarie ignorāt legitima
 dei terre a immisit i eos dñs leōes
 a ecce infestūit eos: eo q; ignorēt
 ritū dei terre. **P**recepit aut rex assi
 rioꝝ dicens. **D**ucite ihuc vnū de
 sacerdotib9 quos inde captiuos ad
 duxistis vt vadat et habitet cū
 eis a doceat eos legitima dei terre
Igit cū remiss9 vnus de sacerdotib9
 hijs q; captiuū ducti fuerant de sa
 maria hitauit i bethel et docebat
 eos quō colerēt dñm. **E**t vnaq; q;
 gens fabricata ē deū suū. **P**osue
 rūtq; eos in famis excelsis q; fece
 rāt samarite gēs et gens in vrbī
 bus suis i quib9 habitabāt. **V**i
 ri em babilonij fecerūt sochox be
 noth. **V**iri aut chutheni fecerunt
 nergel et viri de emath fecerunt
 afuna. **P**orro euei fecerūt nebaaz
 a thachaz. **V**ij at q; erāt de sefar
 uaim cōburebāt filios suos igni
 ad ramelech et anamelech dñs

sefariam et nihilominus colebant
dominum. Fecerunt autem sibi de nouissimis
sacerdotes excelsorum et ponebant eos
in fanis sublimibus. Et cum dominum cole-
rent dominus quod suis habebat iuxta con-
suetudinem gentium de quibus translatus
fuerat samariam. **V**sq; in primis die-
bus moris sequuntur antiquum. Non timet
dominum neque custodiunt caerimoniae
eius atque iudicia et legem et mandatum
quod praecepit dominus filiis iacob quae
cognominauit israel et percussit cum
eis pactum et mandauerat eis dicens.
Nolite timere deos alienos et non ad-
retis eos neque colatis eos et non
ymoletis eis. Si dominum deum vestrum qui
eduxit vos de terra egypti in forti-
tudine magna et in brachio exten-
so ipsum timete et illum adorare et ipsi
ymolate. **C**erimoniae quoque et iudicia
et legem et mandatum quod scripsit vo-
bis custodite ut faciatis cunctis di-
ebus et non timeatis deos alienos.
Et pactum quod percussit vobiscum nolite
oblivisci nec colatis deos alie-
nos sed dominum deum vestrum timete et
ipse eruet vos de manu omni inimici
vostri. **I**lli vero non audierunt
sed iuxta consuetudinem suam pristina per-
petrabant. **F**uerunt igitur gentes iste
timentes quod dominum si nihilominus
et ydolis suis seruientes. **N**am filii eo-
rum et nepotes sic fecerunt patres sui ita
faciunt usque in primis diebus. **Ca. xviii.**

Anno tertio osee filii tela regis
israel regnavit ezechias fi-
lius achaz regis iuda. **V**iginti quoniam
quod annorum erat cum regnare cepisset
et viginti nouem annis regnavit in iheru-
salem. **N**omen matris eius abisa filia
zacharie. **F**ecit quoque quod erat bonum co-
ra domino iuxta omnia quae fecerat deus pater

eius. **I**pse discipauit excelsa et con-
tulit statuas et succidit lucos et re-
gum serpentes et erant quae fecerat mo-
yses. **S**iquidem usque ad illud tempus
filii israel adolebant ei incensum.
Vocauit quoque nomen eius nehesta. **E**t
in domino deo israel sperauit. **I**taque pater
eius non fuit similis ei de cunctis regi-
bus iuda si neque in hiis quae ante eum
fuerunt et adhaesit domino et non recessit
a vestigiis eius. **F**ecit quoque mandata eius
quae praecepit dominus moysi vni et erat
dominus cum eo et in cunctis ad quae pre-
cebat sapienter se agebat. **R**ebel-
lauit quoque contra regem assyriorum et non
seruauit ei. **I**pse percussit philisteos
usque ad gazam et omnes terminos
eorum a turris custodum usque ad ciui-
tatem munitam. **A**nno quarto regis
ezechie qui erat annus septimus osee
filii tela regis israel ascendit sal-
manasar rex assyriorum samariam
et oppugnavit eam et cepit. **N**am pater
annos tres anno sexto ezechie id est
nono anno osee regis israel capta est
samaria et translatus rex assyriorum
israel in assyrios. collocauit quoque eos
in abyla et in abor. fluuijs gozan
in ciuitatibus medorum quae non audierunt
vocem domini dei sui sed praetergressi sunt
pactum eius. **O**mnia quae praecepit moy-
ses seruus domini non audierunt neque
fecerunt. **A**nno quarto decimo regis
ezechie ascendit senacherib rex as-
syriorum ad vniuersas ciuitates iuda
munitas et cepit eas. **T**unc misit
ezechias rex iuda nuntios ad re-
gem assyriorum in lachis dicens. **P**ec-
caui. **R**ecede a me et omne quod imposu-
eris mihi feram. **I**ndixit itaque rex
assyriorum ezechie regi iude trecenta
talenta argenti et triginta talenta auri

Deditq; ezechias omne argentū
qđ reperit fuerat in domo dñi et
in thesauris regis. In tpe illo cō
fregit ezechias valuas tēpli dñi
et laminas auri quas ipse affixerat
et dedit eas regi assiriorū. Misit at
rex assiriorū tharthan et rapsaris
et rapsacē de lachis ad regē ezech
iam cū manu valida iherusalem
Qui cū ascendissent venerūt ihe
rusalez et steterūt iuxta aq̄ ductū
piscine supioris q̄ ē i via agri ful
lomis: vocauerūtq; regē. Egressus
ē autē ad eos eliachim fili⁹ elch
ie pposit⁹ domus et sobna scriba
et ioabe filius asaph a cōmenta
rijs: dixerūtq; ad eos rapsaces. Lo
q̄mini ezechie. Hec dicit rex mag
nus rex assiriorū. Que ē ista fidu
tia qua miteris. Forsitan misisti cō
filiū vt p̄pares te ad plū. In q̄
cōfidis vt audeas rebellare. An
speras i baculo arūdineo atq; cō
fracto egipto. Sup̄ quē si iambu
erit hō: minutus igredietur manū
eius et p̄forabit eā. Sic ē pharao
rex egipti omib⁹ qui cōfidūt in se
Qđ si dixeritis m̄ in dño deo nrō
habeamus fidutiā: nōne iste est
cuius abstulit ezechias excelsa et
altaria et p̄cepit inde et iherusalē
atq; altare hoc adorabitis i iherz.
Nunc igitr trāsite ad dñm meū re
gē assiriorū et dabo vobis duo mi
lia equorū et videte an habere va
leatis ascensores eorū. Et quō po
testis resistē ante vnū satrapam
de seruis dñi mei minimis. An fi
dutiā habes i egipto p̄p̄ curus
et eq̄tes. Nunquid sine dñi volū
tate ascendi ad locū istū vt demo
lier eū. Dñs dixit mihi. Ascende

ad terrā hanc et demolire eā. Di
xerūt autē eliachim fili⁹ elchie et
sobna scriba et ioabe rapsaci.
Precamur vt loquaris nobis ser
uis tuis syriace: siquidē intelligim⁹
hāc linguā et nō loquaris nobis
iudaice audiente populo qui est
sup̄ murū. Rūditq; eis rapsaces
dicens. Nunquid ad dñm tuū et ad
te misit me dñs me⁹ vt loquerer
sermōnes hos et nō potius ad vi
ros q̄ sedent sup̄ murū vt co me
dant stercora sua et bibāt vrinā
suam vobiscū. Stetit itaq; rapsa
ces et exclamavit voce maḡ iuda
ice et ait. Audite vba regis mag
ni: regis assiriorū. Hec dicit rex.
Non vos seducat ezechias. Nō
em̄ potest eruere vos de māu mea
neq; fiduciā vobis tribuat super
dñm dicens. Eruens liberabit nos
dñs et nō tradet ciuitas hec i ma
nu regis assiriorū. Nolite audire
ezechiam. Hec em̄ dicit rex assiri
orū. Facite meū qđ vobis ē vtile
et egredimini ad me. Et comedet
vnusquisq; de vinea sua et de ficu
sua et bibetis aquas de cisternis
vr̄is: donec veniā et trāsserā vos
in terrā q̄ similis ē terre v̄ie: in ter
rā fructiferā et fertilem v̄ini: terrā
pamis et vinearū: terrā oliuarū et
olei ac mellis et viuetis et nō mo
riemini. Nolite audire ezechiam
qui vos decipit dicens. Domin⁹
liberabit nos. Nunquid libera
uerūt dñi gentiū terrā suā de māu
regis assiriorū. Vbi ē de⁹ emath
et arphat. Vbi ē deus sepharua
im ana et aua. Nunquid libauerūt
samarīā de manu mea. Qui nam
illi sūt in vniuersis dñs terrarū qui

eruerēt regionē suā de manu mea
ut possit erue dñs iherlm de maū
mea. Tacuit itaq; popul⁹ a non
rēdit ei quicq; Si qdē preceptū re
gis acceperāt ut nō rēderēt ei **Ve**
nitq; eliachim fili⁹ belchie prepo
sit⁹ dom⁹ a sobna scriba et ioa
he fili⁹ asaph a omētarijs ad eze
chiā scissis vestibus a nūtiauerūt
ei verba rapsacis. **¶ Ca. xix.**

Que cū audiss; ezechias rex
scidit vestimēta sua et oper
t⁹ ē sacco. ingressusq; ē domū do
mini a misit eliachim ppositū do
mus a sobnā scribā a senes de sa
cerdotib; opertos saccis ad ysa
iam pphetā filiū amos. Qui dire
rūt. **Hec dicit ezechias** dies tibu
lacōnis a increpaciōis a blasphe
mie dies iste **Venerūt filij vsq; ad**
partū a vires nō habet parturiēs
Si forte audiat dñs deus tu⁹ vni
ūsa verba rapsacis quē misit rex
assyrioz dñs su⁹ ut exprobraret
um vinētē a argueret vbis q; au
dinit dñs de⁹ tuus a fac oracōem
p reliquijs q; repte sūt. **Venerūt**
g; suū regis ezechie ad ysaia **Dixit**
q; eis ysaia. **Hec dicetis dño ve**
stro. **Hec dicit dñs.** Noli timere a
facie sermonū quos audisti qbz
blasphemaueūt pueri regis assy
rioz me. **Ece ego** immittā ei spm
a audiet nūciū a reuertet in terrā
suā a deiciam eū gladio in terra
sua. **Reuersus ē ergo** rapsaces et
inuenit egē assyrioz expugnātē
lobnā. **Audierat em;** q; recessisset
de lachis. **Cūq; audiss;** de thara
cha rege ethiopie dicentes ecce
egressus est ut pugnet adūsum
te a iret a tra eū misit nūcios ad

ezechia dicens. **Hec dicit ezechie**
regi iuda. **Nō te** seducat de⁹ tuus
in q; habes fiducia neq; dicas nō
tradet iherlm in manus regis assy
rioz. **Tu enī** ipse audisti q; fecerūt
reges assyrioz vniūf teris quō
vastauerūt eas. **Nū g;** solus pote
ris libeāri. **Nūq;** d; liberauerūt dñi
gētū singulos q; vastauerūt pa
tres mei goz an videlic; a arā a re
sepha a filios eden q; erāt in thelas
sar. **Vbi ē** rex emath a rex arfat
a rex ciuitatis sepharuaīm ana a
aua. **Itaq;** cū accepiss; ezechias
lras de maū nūtiōz a legisset eas
ascēdit i domū dñi a expādit eas
corā dño a orauit i aspēu eius di
cēs dñe de⁹ isrl q; sedes sup cheru
bim tu es de⁹ sol⁹ regū oīm tē tu
fecisti celū a trā **India** aurē tuā a
audi. **Aperi dñe** oculos tuos a vi
de a audi oīa verba sennacherib q;
misit ut exprobreret nob; deū vinē
tē. **Vere dñe** dissipauerūt reges
assyrioz gētes a terras oīa a mi
serūt deos eoz in ignē. **Nō ei** erāt
dñi s; opa manūū hōim ex ligno a
lapide a p diderūt eos. **Nunc** igit
dñe de⁹ nē saluos nos fac de maū
eoz ut sciāt oīa regna tē q; tu es
dñs deus sol⁹. **Misit aut;** ysaia fi
li⁹ amos ad ezechia dicens. **Hec**
dicit domin⁹ deus israhel **Que** de
precatus es me sup sennacherib
rege assyrioz audiri. **Iste est** ser
mo quē locutus est domin⁹ de eo
Spreuit te et subsannauit te vir
go filia syon post tergu; tuum ca
put mouit filia iherusalē. **Cui ex**
probrasti a quē blasphemasti.
Cōtra quē exaltasti vocem tuam
a eleuasti i excelsū oculos tuos g;

Cōtra sandū israhel. **P**er manū
 seruoꝝ tuoz exprobraſti dño et
 dixiſti. **I**n multitudie curruū me
 orū aſcēdi excelsa montū in ſūmi
 tate libani a ſuccidi ſublimas ce
 dros eius a electas abietes illiꝝ.
Et iꝑſus ſū vſqꝫ ad tēminos eiꝝ
 a ſaltū carmeli eiꝝ ego ſuccidi. Et
 bibi aqꝫ alienas et ſiccaui veſti
 gijs pedū meozū omēs aqꝫ dau
 ſas. **P**unqꝫ nō audiſti quid ab
 inimico fecerim. **E**x diebꝫ antiquis
 plaſmaui illud a nūc adduxi. **E**t
 qꝫ in eumā collū cōpugnantū ci
 uitates munite et qui ſedēt in eis
 humiles manu. **C**ōtremue rē et
 oſuſi ſūt facti ſūt velut ſenū agri
 a virens herba tectorū qꝫ arefacta
 eſt ante qꝫ veniret ad maturitatē
Habitaculū tuū a egreſſus tuū a
 introitū tuū a viā tuā ego pſciui
 et furorē tuū cōtra me. **I**nſaniſti
 in me et ſupbia tua aſcēdit in au
 res meas. **P**onā itaqꝫ circuluꝝ in
 naribꝫ tuis a chamū in labijs tu
 is a reducā te in viā p quā vīſti
Tibi aut ezechia hoc erit ſignuꝝ
Comede hoc anno que repereris:
 in ſecō aut anno qꝫ ſpō te naſcunt.
Porro in anno tercō ſeminate et
 metice. plantate vineas a comedi
 te fructū earū. **E**t qꝫcūqꝫ reliquū
 fuit de domo iuda mittet radice
 dorſū a fatiet fructū ſurſū. **D**e ihe
 ruſalē qꝫ egreſſus reliquie et
 qꝫ ſaluet de monte ſyon. **X**elus
 dñi exercitū fatiet hoc. **Q**uā ob
 rem hec dicit dñs de rege aſſirioꝝ
Nō ingrediet vltē hanc nec mit
 tet i eā ſagittā nec occupabit eā
 dipeus nec circūdabit eā munitō
Per viā qꝫ venit reuertet a citatē

hāc nō ingrediet dicit dñs: pte
 gamqꝫ vltē hāc et ſaluabo eaz
 ppter me a ppter dauid ſeruū meū
Fadū ē iꝑſe in no de illa venit an
 gelus dñi a pcuſſit in caſtris aſſi
 rioꝝ centū octogintaquīqꝫ milia
Cūqꝫ diluculo ſurrexiſſet vidit oīa
 corꝫa mortuoꝝ a recedens abiit.
Et reuſus ē ſennacherib rex aſſiri
 orū a manſit in mimue. **C**ūqꝫ ado
 raēt i tēplo neſtarch dē ſuū adra
 melech et ſaraſar filiꝝ eiꝝ pcuſſe
 rūt eū gladio: fugerūtqꝫ in terrā
 armeniōz et reſiuit aſaradon
 filius eiꝝ p eo. **Ca. xx.**
In diebꝫ illis egrotauit ezechias
 vſqꝫ ad mortē a venit ad eū yſa
 ias filiꝝ amos pphetes: dixitqꝫ ei
Hec dicit dñs dē. **P**recipe domui
 tue. **M**orieris em tu et nō viues.
Qui ouertit facie ſuā ad parietē
 et orauit dñz dicēs. **O**bscuro dñe
 memēto queſo quō ambulaueri
 corā te i veritate a in corde pfecto
 et qꝫ placitū eſt corā te fecerim.
Fleuit itaqꝫ ezechias fletu mag
 no. **E**t ante qꝫ egrederetur yſaias
 mediam ptem attriꝝ factꝫ ē ſermo
 dñi ad eū dicēs. **R**euertere et dic
 ezechie duci populi mei. **H**ec diē
 dñs deus dauid pſis tui. **A**udiui
 oracōnem tuā: vidi lacrimā tuā
 et ecce ſanaui te. **D**ie tercō aſcen
 des templū dñi et ad dam diebꝫ
 tuis qꝫ deā annos. **S**ed a de maū
 regis aſſirioꝝ liberabo te a citatē
 hanc a ptegā vltē iſtaꝝ ppter
 me a ppter dauid ſeruū meū. **D**ix
 itqꝫ yſaias. **A**fferre maſſas: ſicorū
Quā cū attuliſſent a poſuiſſent ſu
 per vltus eius: curatꝫ eſt. **D**ixēat
 autē ezechias ad yſaiam. **Q**uod

erit signū qđ dñs me sanauit a qđ
ascēsurus sū die tertia tēplū dñi.
Cui ait ysaias. **H**oc erit signū a
dño qđ facturū sit dñs sermonē
quē locut⁹ ē. **V**is ut ascēdat ym
bra decē lineis aut ut reuertat totū
decē gradib⁹. **E**t ait ezechias. **F**a
cile ē ymbraz crescere decē lineis.
Nec hoc volo ut fiat. s; ut reuerta
tur retrorsū decem gradib⁹. **I**n uo
cauit itaq; ysaias pphā dñm a re
dixit ymbraz p lineas quib⁹ iam
descenderat in horologio achaz re
trorsū decem gradib⁹. **I**n tēpe illo
misit mero dach baladā fili⁹ ba
ladan rex babiloniorū lrās a mu
nera ad ezechia. **A**udierat enī qđ
egrotass; ezechias. **L**etatus ē au
tē in aduētū eorū ezechias a ostē
dit eis domū aromatū a aurū a ar
gentū a pigmēta varia. vngenta
q; a domū vasorū suorū a oīa que
habere poterat in thesauris suis.
Nō fuit qđ non monstrass; eis eze
chias in domo sua a in oī potesta
te sua. **V**enit autē ysaias pphā ad
regē ezechia. dixitq; ei. **Q**uid dixē
rūt viri isti. aut vñ venerunt ad
te. **C**ui ait ezechias. **D**e terra lon
ginq; venerūt ad me de babilone
At ille rēdit. **Q**uid viderunt in do
mo tua. **A**it ezechias. **O**īa quēcū
q; sunt ī do mo mea vidēt. **N**ihil
ē enī qđ nō mōstrauerim eis ī the
sauris meis. **D**ixit itaq; ysaias eze
chie. **A**udi sermōez dñi. **E**cce dies
veniet et auferent oīa qđ sūt ī do
mo tua a qđ cōdiderūt pīes tui vsq;
ī diē hāc ī babilone. **N**ō rema
nebit qđcūq; ait dñs. **S**ed et de filiis
tuis qđ egredient ex te qđ gnabīs
tollenē a erūt eunuchi ī palatio

regis babilonis. **D**ixit ezechias
ad ysaiā. **B**on⁹ sermo dñi quem
locutus est. **S**it tñ pax a veritas
ī dieb⁹ meis. **R**eliq; autē sermo
nū ezechie a oīs fortitudo ei⁹ et qđ
modo fecit piscinā a aqueductū
a introduxerit aq̄s ī ciuitatē: nō
ne hec scripta sūt ī libro sermonū
diez regū iuda. **D**ormiuitq; eze
chias cū patrib⁹ suis a regnauit
manasses fili⁹ ei⁹ p eo. **C**a. xxi.

Dixit autē annoz erat manaf
ses cū regnāē cepitq; a quin
quagintaq; ānis regnauit ī
ihrlm. **R**omē matris ei⁹ aphsiba
Fecitq; malū ī oī aspectu dñi iuxta
ydola gentiū qđ deleuit dñs a fa
tie filiorū isrl. **C**ōuersusq; ē a edi
ficauit excelsa qđ dissipauerat eze
chias pat⁹ ei⁹ et erexit aras baal
a fecit lucos sicut fecerat achab
rex isrl a adorauit oēm militiā ce
li a cōhuit eaz. **E**xtruxitq; aras ī do
mo dñi de qđ dixit dñs ī ihrlm po
nā nomē meū a extruxit altaria
vniūse militie celi ī duob⁹ atrijs
tēpli dñi. **E**t traduxit filiū suū per
ignē a ariolatus ē a obseruauit
auguria a fecit phitones a auru
spices multiplicauit ut facēt ma
lū corā dño a irritaret eū. **P**osuit
q; ydolū luci quē fecerat ī tēplo
dñi sup quo locutus ē dñs ad da
uid a ad salomonē filiū eius. **I**n
tēplo hoc et ī ihrlm quam elegi
de cunctis tribub⁹ israhel ponam
nomē meū ī sempiternū a vltra
non fatiam cōmoueri pedem isra
hel de terra quā dedi patrib⁹ eorū
si custodierint ope oīa que pcepī
eis a vniuersaz legem quam mā
dauit eis seruus meus moyses.

Illi vero non audierūt. s; seducti
fūt a manasse vt facerent malū
sup gentes q̄s otriuit dñs a fatie
filiorū isrl. Locutusq; ē dñs i ma
nu seruoꝝ suoꝝ pphetaz dicens.
Quia fecit manasses rex iuda ab
hōmāōnes istas pessimas super
om̄ia q̄ fecerūt amorrei ante eū et
peccare fecit etiā iudā in immūdi
cijs suis: p̄pterea hec dicit dñs de⁹
israhel. **E**cce ego inducā mala sup
iherusaleꝝ et iudā et quicūq; audi
erit timmēt ante aures eius. Et
extendā sup iherl; funiculū sama
rie et pondus domus archab et de
lebo iherusaleꝝ sicut delei solent ta
bule. **D**elens vrtā et ducā crebri
us stili sup fatiē eius. **D**imittam
vero reliquias hereditatis mee et
tradā eas in manus inimicoꝝ ei⁹
et iūq; in vastitatē et in rapinā cū
dis adūsarijs suis: eo q̄ fecerint
malū corā me et pseuerauerūt irri
tantes me ex die q̄ egressi sūt pa
tres eorū ex egipto vsq; ad hanc
diē. **I**nsup et sanguinē innoxioꝝ
fudit manasses multū nimis do
nec impleret iherusalem vsq; ad
os: absq; pccis suis quib⁹ peccāē
fecit iudā vt faceret malū corā
dño. **R**eliqua autē sermonū ma
nasse et vniūsa q̄ fecit et peccatū ei⁹
q̄d peccauit: nōne hec scripta sūt i
libro s̄monū dieꝝ regū iuda. **D**or
miuitq; manasses cū p̄ribus suis
et sepult⁹ est in orto domus sue in
orto ozam et reguit amon fili⁹ ei⁹
p eo. **V**iginti duoz annoz eāt
amon cū regre cepiss; duobusq;
annis regnauit in iherusale. **N**o
men m̄is ei⁹ mēstallēmeth filia
arus de ietheba. **F**ecitq; malū in

osp̄cū dñi sicut fecerat manasses
p̄r eius et ambulauit in om̄i via
p quā ambulauerat pater eius.
Seruiuitq; immūdicijis quib⁹ ser
uiebat pater ei⁹ et adorauit eas et
dereliq̄t dñm deū p̄m suorū et nō
ambulauit i via dñi. **T**etēderitq;
ei infidias serui sui et infecerūt re
gē in domo sua. **P**ercussit at p̄ts
terre om̄es q̄ cōiurauerāt otra re
gē amon et cōstituerūt sibi regē io
siam filiū ei⁹ p eo. **R**eliq̄ at s̄mo
nū amon q̄ fecit: nonne hec scrip
ta sūt in libro sermonū dieꝝ regū
iuda. **S**epelietq; eū i sepulchro
suo in orto ozam et regnauit iosi
as filius ei⁹ p eo. **C**ar. xij.

Octo annorū erat iosias cū re
gnare cepisset et trigintauno
anno regnauit in iherl. **N**omen
m̄is ei⁹ ydida filia phadaia de
besechat. **F**ecitq; q̄d placitū erat
corā dño et ambulauit p omnes
vias dauid p̄ris sui. **N**on declina
uit ad dexterā siue ad sinistram.
Anno autē octauo decio regis io
sie misit rex saphan filiū a sia fi
lij mēfullā scribā tēpli dñi: dices
ei. **V**ade ad helchiam sacdotem
magnū vt cōflet pecunia q̄ illata
ē in templū dñi quā colligerūt ia
miores tēpli a populo: de turq; fa
bris p p̄posito domus dñi. **Q**ui
et distribuāt eā hijs q̄ operant i
tēplo dñi ad instaurāda fartate
da tēpli: tignarijs videlicet et cemē
tarijs et hijs q̄ inrupta cōponūt
et vt emanēt ligna et lapides de la
picidinis ad instaurandū tēplū
dñi. **V**erūtamen nō supputet eis
argentū q̄d accipiūt. s; i potesta
te habeant et in fide. **D**ixit autem

helchias pōtēx ad saphā scribā
Librū legis repi in domo dñi. De
ditq; helchias volumē saphā scri
be q̄ a legit illud. **V**enitq; saphā
scriba ad regē a renūtiavit ei qđ
p̄cepata ait. **C**ōflauerūt serui tui
pecuniaz que reptā ē in domo dñi
et dederūt ut distribueret fabris
ac p̄fectis opm tēpli dñi. **N**arra
uitq; saphan scriba regi dicens.
Libz dedit m helchias sacerdos.
Quē cū legisset saphā corā regē a
audisset rex verba libri legis dñi
scidit vestimēta sua et p̄cepit hel
chie sacerdoti a hichia filio saphā
a achobz filio michea a saphā scri
be a asaiā seruo regis dicens. **I**te
a cōsultate dñm sup me a sup pplo a
sup omni iuda de verb voluminis
istū qđ inuentū ē. **M**agna enī ira
dñi succensa ē oītra nos. q̄ nō au
dierūt p̄res nostri verba libri hu
ius ut facerēt omē qđ scriptū est
nob. **I**erunt itaq; helchias sacer
dos a hichia a achobz a saphā
a asaiā ad oldan p̄phetē vxorem
sellū filij thecūe filij aras custodis
vestiū q̄ habitabat in iherl̄m in se
cūda. locutiq; sūt ad eā. **E**t illa re
spondit eis. **H**ec dicit dñs dē isrl̄
Dicite viro quī misit vos ad me.
Hec dicit dñs. **E**cce ego adducāz
mala sup locū istū a sup habita
tores ei⁹ omia verba legis q̄ legit
rex iuda. q̄ dereliquerūt me a sa
crificauerūt dñs alienis irritantes
me in cūdis opib⁹ manuū suaz.
Et succendet indignacō mea in lo
co hoc a nō extinguet. **R**egi autē
iuda qui misit vos ut cōsuleretis
dñm sic dicetis. **H**ec dicit domin⁹
dē israhel. **P**ro eo q̄ audisti xē

ba voluminis a p̄teritū est cor
tū a humiliatus es coram dñō:
auditis sermonib⁹ oītra locū istū
et habitatores ei⁹ q̄ videlicet fie
rent in stuporē a in maledictū a sci
disti vestimēta tua a fleuisti corā
me a ego audiui ait dñs. idcirco
colligā te ad p̄res tuos et collige
ris ad sepulcrū tuū in pace ut nō
videant oculi tui oīa mala q̄ itro
duciturus sum sup locum istum.

Et renuntiāue. **Ca. xxiii.**
Runt regi qđ dixerat. **Q**ui mi
sit a congregati sunt ad eum om
nes senes iuda a iherusalē. **A**scen
ditq; rex templū dominia omnes
viri iuda vniuersiq; qui habita
bant in iherl̄m cū eo sacerdotes et
p̄phe et oīs pplus a puo vsq; ad
magnum. legitq; cūdis audientib⁹
oīa verba libri federis q̄ inuentus
ē in domo dñi. **S**tetitq; rex sup gē
dū a fed⁹ p̄cessit corā dñō: ut am
bularent post dñm a custodirēt
p̄cepta ei⁹ a testimonia a cerimo
nias in omni corde a in tota anīa
a suscitarent verba federis huius
que scripta erant in libro illo. **A**c
quieuitq; populus pado. **E**t p̄ce
pit rex helchie pontifici a sacerdo
tib⁹ secundi ordinis a iamitorib⁹
ut picerent de templo dñi omnia
vasa q̄ facta fuerāt baal et i lucco
a vniūse militie celi a cōbussit ea
foris iherl̄m in vualle cedro a tulie
puliēre eoz i bethel. **E**t deleuit au
ruspices quos posuerāt reges iu
da ad sacrificandum i excelsis per
ciuitates iuda et in circuitu iheru
salem a eos qui adolebant incen
sum baal a soli et lune et duode
cim signis et omni militie celi.

Et efferri fecit lucum de domo dñi
foras iherusalē in conualle cedrō
et obussit eū ibi et redegit ī pulue
rem et piecit sup sepulchrē vulgi
Destruitq; ediculas effeminato
rū q; erāt in domo dñi: p quibus
mulieres terebāt qñ domūculas
luci. Congregauitq; omēs sacer
dotes de citatib; iuda et cotamina
uit excelsa vbi sacrificabāt sacer
dotes de gabaa vsq; bethsabee. Et
destruxit aras portarū in introitu
ostij iosie pñcipis citatis qd eāt
ad sinistra porte ciuitatis. Verū
tamen nō ascendebāt sacerdotes
excelsorū ad altare dñi in iherusa
lem: s; tm comedebant azima in me
dio fratru suoru. Cotaminauitq;
tophet qd ē in conualle filij ennon
vt nemo ossecrēt filiū suū aut fi
liā p ignem moloch. Abstulitq;
equos quos dederāt reges iude
soli in introitu tēpli dñi iuxta exe
drā natamelech eunuchi. q; erat
in phaurim. curius aut solis co
bussit igni. Altariaq; q; erāt sup
tecta cenaculi achaz q; fecerant re
ges iuda et altaria que fecerāt ma
nasses in duob; atrijs tēpli dñi
destruxit rex et cucurrit inde et di
spexit cinerē eorū in torrentē cedrō
Excelsaq; que erāt ī iherlm ad dex
trā partē montis offensiōis que
edificauerat salomō rex isrl asta
roth ydolo sydomiorū et chamos
offensiōi moab et melchōn abho
minaciōi filiorū āmon polluit rex
et cecidit statuas et succidit lucos
repleuitq; loca eorū ossib; mortu
orū. Insuper et altare qd erat in be
thel et excelsū qd fecerat iherobaz
filius nabath q; peccare fecit isrl

et altare illū excelsū destruxit atq;
obussit et cōminuit in puluerem
succeditq; etiā lucū Et ouersus io
sias vidit ibi sepulchra q; erant
in monte: misitq; et tulit ossa de se
pulchris et obussit ea sup altare
et polluit illud iuxta verbum dñi
qd locut; ē vir dei q; p dixerāt ve
ba hec. Et ait. Quis ē titulus ille
quē video. Rñdērtq; ei ciues ve
bis illi. Sepulchrū ē hōmis dei
q; venit de iuda et p dicit vba hec
que fecisti sup altare bethel Et ait
Dimitte eū. Nemo moueat ossa
eius. Et intacta manserūt ossa il
lius cū ossib; pphete qui venerat
de samaria. Insuper et omnia fana
excelsorū que erāt in ciuitatib; sa
marie que fecerāt reges isrl ad ir
ritandū dñm abstulit iosias et fe
cit eis sed; omnia q; fecerat ī bethel
Et occidit vniūsos sacerdotes excel
sorū q; erāt ibi sup altaria et obus
sit ossa humana sup ea. Reuulsq;
est iherusalē et pcepit omni ppo
dicens. Facite phase dñō deo ve
stro: scdm q; scriptū ē in libro fe
deris huius. Nec enī factū ē pha
se tale a dieb; iudiciū q; iudicaue
rūt isrl et omniū dierū regū isrl
et regū iuda sicut in octauo decio
anno regis iosie factum ē phase
istud dñō in iherusalem. Sed et
phitones et atiolos et figurās ydo
lorū et immunditias et abhōinati
ones q; fuerunt in fra iuda et ihe
rusalem abstulit iosias vt statu
eret vba legis que scripta sunt in
libro quē inuenit helchias sacer
dos in tēplo dñi. Similis illi non
fuit ante eū rex qui reuertere ad
dñm in omni corde suo et ī tota aia

fua et vniuersa virtute fua iuxta
oem legem moyfi neq; post eū fuit
rexit simil' illi. verū tamen nō ē aū
sus dñs ab ira furoris fui magni
quo iratus ē furor ei⁹ o'tra iudaz
p'p' irritacōes q̄b⁹ puocauerat
eū manasses. Dixit itaq; dñs Etia
iudā auferaz a facie mea sicut ab
stuli isrl' a p'p'ia ciuitate hāc quā
elegi iherlm' a domuz de qua dixi:
erit nomē meū ibi. Reliqua autē
sermonū iosie a vniuersa q̄ fecit
nōne hec scripta sūt in libro verbo
eū diez regū iudaz. In dieb⁹ eius
ascendit pharao nechao rex egi
pti o'tra regē assyrioz ad flumen
eufraten. Et abiit iosias rex in oc
cursū ei⁹ a occisus est i mageddo
cū vidisset eū a portauit eū fūi fūi
mortuū de mageddo a ptulit i ihe
rusalem a sepelierūt eū i sepulcro
suo. Tulitq; p'plus terre ioachaz
filiū iosie a vixerūt eū a o'stitue
rūt eū regē p' p're suo. Viginti tri
um ānoz erat ioachaz cū regna
re cepisset a trib⁹ mensib⁹ regna
uit i iherlm'. Nomē m'ris ei⁹ ami
thal filia iherie de lobna. Et fecit
malū corā dño iuxta o'ia que fece
rant patres ei⁹. Vixitq; eū pha
rao nechao i reblatha q̄ est i ter
ra emath ne regnaret i iherlm'. Et
imposuit multa; terre centū talē
tis argēti a talento auri. Regeq;
o'stituit pharao nechao heliachī
filiū iosie p' iosia p're ei⁹. vertitq;
nomen ei⁹ ioakim porro ioachā
tulit a duxit i egiptū. Argentuz
autē a aux dedit ioakim phara
omī cū iudicasset terre p' singulos
ut o'ferret iuxta p'ceptū phara
omī. Et vnumquemq; iuxta vires

fuas erexit tam argentū q̄ auctū
de populo terre ut daret pharao
nechao. Viginti quinq; annoz
erat ioakim cū regnare cepisset a
vndeā āmis regnauit i iherlm'. No
mē m'ris ei⁹ zebida: filia phadaia
de tuma a fecit malū corā dño iux
ta o'ia q̄ fecerat p'ies ei⁹. **Ca. xxiij.**
In dieb⁹ ei⁹ ascendit nabuchodo
nosor rex babilonis a factus ē ei
ioakim seruus trib⁹ annis a rur
sū rebellauit contē eū. Immisitq;
ei dñs latrūculos chaldeoz et la
trūculos syrie a latrūculos mo
ab a latrūculos filioz ammon a
immisit eos i iudā ut disperderēt
eam iuxta verbū dñi qd locutus
fuerat p' seruos suos p'phas. Fa
ctū est autē hoc p' verbū dñi cōtra
iudā ut auferret eū corā se p'pter
peccata manasse vniuersa que fe
cit a p'pter sāguinez innoxii que
effudit a impleuit iherlm' cruore i
nocentiū a ob hāc rez nohuit dñs
p'pitari. Reliqua autē sermonū io
akim a vniuersa que fecit: nōne
hec scripta sūt in libro smonū die
eū regū iudaz. Et dominuit ioakim
cū p'rib⁹ suis a reguit ioachim fili
us ei⁹ p' eo. Et vltra nō addidit
rex egipti ut egredere de t'ra sua.
Tulerat em rex babilonis a riuo
egipti vsq; ad flumē eufraten
omnia que fuerant regis egipti.
Decem a octo annoz erat ioachi
cum regnare cepisset a tribus mē
sibus regnauit i iherusalem. No
mē matris eius noescha filia hel
nathan de iherusalem. Et fecit ma
lū corā dño iuxta o'ia que fecerat
pater eius. In tempore illo ascen
derūt sui nabuchodonosor regis

babilonis in iherusalem et circū
data est vrbs muniōnib⁹. **V**e
nitq nabuchodonosor rex babi
lonis ad ciuitatez cū seruis suis
vt oppugnarēt eā. **E**gressusq est
ioachim rex iuda ad regēz babi
lonis ipse et mater ei⁹ et serui ei⁹ et
pncipes ei⁹ et eunuchi ei⁹ et susce
pit eū rex babilonis āno octauo
regni sui. **E**t ptulit inde omēs the
sauros domus dñi et thesauros
domus regie et cōcidit vniūsa va
sa aurea que fecerat salomon rex
isrl' in tēplo dñi iuxta verbū dñi
et transtulit omnē iherlm et vniū
sos pncipes et omēs fortes exerci
tus decē milia in captiuitatē et om
nem artificē et indusores: nihilq
relictū est exceptis paupibus po
puli terre. **T**ranstulit q ioachim i
babilonē et mrem regis et viros
regis et eunuchos regis et iudices
terre duxit in captiuitatē de iheru
salez in babilonē et omēs viros
robustos septē milia et artifices
et indusores mille. omēs viros for
tes et bellatores: duxitq eos rex
babilonis captiuos in babilonē
Et cōstituit mathathiā patruū
eius p eo: impo fuitq nomē ei se
dechiam. **V**icesimū et p̄mū annū
etatis habebat sedechias cū reg
nare cepisset et vndecim annis re
gnauit in iherlm. **N**omē mris ei⁹
erat amichal: filia ihermie de lob
na. **E**t fecit malū corā dñō iuxta
omnia q fecerat ioachim. **I**ra sce
batur em dñs oītra iherlm et cōtra
iudam: donec piceret eos a facie
sua. **R**ecessitq sedechias a rege ba
bilonis. **C**a. xxx.
Adū est autem anno nono

regni eius mense decimo decima
die mensis venit nabuchodonosor
rex babilonis ipse et omnis ex
ercitus ei⁹ in iherusalem et circūde
derūt eā et exteuerūt in circuitu
ei⁹ muniōnes. **E**t clausa est ciui
tas atq vallata vsq ad vndeci
mū annū regis sedechie nona die
mēsis. **P**reualuitq fames in ciui
tate: nec erat panis populo terre
Et interrupta est ciuitas et omēs
viri bellatores nocte fugerūt p vi
am q est inter duplicē murū ad
ortū regis. **P**orro chaldei obside
bant in circuitu ciuitatem. **F**ugit
itaq sedechias p viā q ducit ad
cāpestria solitudinis. **E**t p̄secut⁹
est exercit⁹ chaldeorū regē: opre
henditq eū in planitie ihericho et
omēs bellatores qui erāt cū eo di
spersi sūt et reliquerūt eū. **A**pprehē
sum ergo regē duxerūt ad regem
babilonis in reblatha q locut⁹
est cū eo iuditiū. **F**ilios aut sede
chie occidit corā eo et oculos ei⁹
effudit: vinxitq eū catenis et ad
duxit in babilonē. **M**ense quīto
septima die mensis ipse ē annus
nonusdecimus regis babilonis
venit nabuzardan pnceps exer
citus seru⁹ regis babilonis in ihe
rusalem et succendit domū dñi et
domū regis et domos iherusalem
omnemq domū cōbussit igni et
muros iherusalē i circuitu destru
xit omnis exercitus caldeorū q eāt
cū pncipe militū. **R**eliquā at p̄li
partē q remanserat in ciuitate et
p fugas q transfugerāt ad regēz
babilonis et reliquū vulgus trāf
tulit nabuzardan pnceps militie
et paupib⁹ terre reliq̄t vinitores

et agricolas. columnas autem et creas
que erant in templo domini et ba
ses et mare creum quod erat in do
mo domini confregerunt chaldei et
translulerunt eas omnes in babilo
nem. Ollasque creas et trullas et tri
dentes et citharas et mortariola et om
nia vasa creas in quibus ministra
bant tulerunt: necnon et turibula
et fialas. Que aurea aurea et que
argentea argentea tulit princeps
militie: id est columnas duas. mae
vnum et bases quas fecerat rex sa
lomon in templo domini. Non erat
pondus eris omnium vasorum. De
ce et octo cubitos altitudinis ha
bebat columna una et capitellum
erectum super se altitudinis trium cubi
torum et retia culum et malagranata
super capitellum columnae: omnia
crea. Simile et columna secunda
habebat ornatum. Tulitque prin
ceps militie saraia sacerdos primi
mum et sophonia sacerdos secundum et
tres iatores et de civitate eunuchum
vnum qui erat praefectus super bella
tores viros et quinque viros de hijs
qui steterant coram rege quos re
perit in civitate et sopher principem
exercitus qui probabat tyrones
de populo terre et sex viros et vul
go qui inveni fuerant in civitate.
Quos tollens nabuzardan prin
ceps militum duxit ad regem ba
bilonis in reblata. percussitque eos
rex babilonis et interfecit eos in
reblata in terra emath. Et transla
tus est iuda de terra sua. Populo
autem qui relictus erat in terra iu
da quem dimiserat nabuchodo
nosor rex babilonis praefecit godo
liam filium aichan filium saphan.

Quod cum audissent omnes du
ces militum ipsi et viri qui erant cum
eis videlicet qui constituerunt rex ba
bilonis godoliam. venerunt ad
godoliam in maspha ismahel filius
nathanie et iohannan filius ca
ree et saraia filius thanameth ne
tophatites et iezomas filius ma
achiti ipsi et socii eorum. Iuravitque
godolias ipsis et sociis eorum dicens.
Nolite timere fuisse chaldeis. Ma
nete in terra et servite regi babilo
nis et bene erit vobis. Factum est
autem in mense septimo venit is
mahel filius nathanie filius elisama
de semine regio et decem viri cum
eo. percusseruntque godoliam qui
et mortuus est. Et et iudeos et chal
deos qui erant cum eo in maspha
Confurgenque omnis populus a
parvo usque ad magnum et prin
ceps militum venerunt in egiptum: ti
mentes chaldeos. Factum est ve
ro in anno tricesimo septimo trans
migrationis ioachim regis iude
in mense duodecimo vicecima et sep
tima die mensis: sublevarunt eum
mero dach rex babilonis anno quo
regnare ceperat caput ioachim re
gis iuda de carcere et locutus est
ei benigne. Et posuit thronum eius
super thronum regum qui erant
cum eo in babilone et mutavit re
stes eius quas habuerant in carce
re et comederat panem semper in
conspectu eius cunctis diebus vi
te sue. annonamque constituit ei si
ne intermissione que et dabatur
ei a rege per singulos dies omni
bus diebus vite sue.

ExPLICIT LIBER REGUM QUARTUS.